

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. XVI. Fornicatio Sponsæ non est propriété adulterium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

à fortiori, quando verè; cùm in utroque even-
tu contractus fuerit nullus, & in priori gra-
vior fuerit injury: & hoc videtur tenere Na-
var proximi citarus; indistinctè enim de
clandestinè contrahente, virginemque de-
florante, dixit, cā solā obligatione altringi,
quā deflorans virginem volentem, tenetur;
quare eādem ratione dicendum est, hunc mi-
nimè teneri restituere.

472.
disproba-
ta.
Sens.
Enriquez.
Capua.

Et tandem probatur ex doctrina, quam
tradunt Sotus 4. distin. 29. quæst. 2. art. 1.
vers. Hoc tamen addiderim. Enriquez lib. 12.
de Matrimon. cap. 10. num. 4. Capua lib.
decif. cap. 80. num. 12. ubi dicunt, pro-
mittentem consanguineam Matrimonium, si
Papa dispensaverit, eamque deflorantem,
non teneri Papa dispensante, eam ducere,
et quod contractus est jure reprobatus: cùm
tamen validè dubium sit, eum contractum
esse reprobatum; ergo à fortiori in nostro
casu non tenebitur, cùm constet Matrimo-
nium clandestinum jure reprobatum esse,
& redditum prorsus nullum. Haec tenuis San-
chez.

473.
Centra ar-
gum.
Coninck.

Sed contrā arguitur; non est crassissima ig-
norantia, id nescire, quod nesciunt multi
Viri docti; sed multi Viri docti nesciunt,
Matrimonium clandestinum ita esse irritum,
ut nequidem habeat rationem sponsalium;
nam contrarium satis probabiliter docent, te-
ste ipso Sanchio suprà num. 2. ergo ignoran-
tia, quā virgo id ignorat, non est crassi-
ma; ergo virgo putatis probabiliter cum Con-
inck, & Aliis multis, Matrimonium clan-
destinum saltem habere rationem sponsa-
lium, & idēo consentiens in sui defloratio-
nem, meritò dicitur nolens & decepta; po-
tuit enim cogitare, deflorantem etiam esse in
eadem sententia, et si contrarium scivisset,
nullatenus consenseret in deflorationem. Im-
mò potuit nunquam aliquid audivisse de op-
posita sententia. Quā ergo ratione benè di-
citur volens & non decepta?

474.
Quoniam
paramen-
tum confor-
me illam
contrarium
est.

Quin Coninck suprà num. 45. cum Aliis,
quos citat ex Sanchio, credit verius, tales
obligari eam ducere, si puella invincibili-
ter credit, illud Matrimonium esse vali-
dum. Nam, inquit, quod ignorat ius clarum,
eis in foro externo possit facere suspicionem
quod sponte fuerit decepta; tamen in foro
conscientiae nihil facit ad rem, si vere bona
fide proceperit, & illud ius omnino ignorar-
verit. Quod multò magis dicendum est, si
illa Matrimonia habeant vim sponsalium.
Haec ille.

Quod attinet ad confirmationem illius
contractus per juramentum appositum, cer-
tum prorsus est, juramentum non posse il-
lum contractum facere validum in ratione
Matrimonii de presenti; quæstio ergo so-
lum esse potest, an confirmet eum in ratione

spontalium. Coninck suprà n. 44. sic sentit
de præsenti controversia: Si juramentum
cadat præcisè super ipsum contractum, ut
est præsens traditio corporum, ut si contra-
hentes dicant: *Juro mete accipere in meam,*
runc propriè non confirmat contractum, nec
ad aliud obligat, quām ut contrahentes bo-
nā fide agant; quia tunc solū jurant se ve-
rè ex animo contrahere. Quare qui jurat se
verè vendere equum, si eum postea non
tradat, non est perjurus. Si tamen contra-
hentes jurarent, le eum contractum perpe-
tuò habituros ratum, aut se habituros per-
petuò pro conjugibus, omnino tenerentur
postea contrahere, nisi sibi mutuo obligatio-
nem remitterent. Haec ille.

Et ratio esse potest; quia illud juramen-
tum, prout respicit contractum futurum
juxta leges Ecclesiæ, ut suppono, non est
contra bonos mores; quia ille contraactus
futurus non vergit in æternæ salutis dis-
pendium, sive non est peccaminofus; ergo
Reg. Juris, suprà à Sanchio allegata, hic
non habet locum. Alter ergo probandum
foret, illud juramentum non confirmare
istum contractum, quatenus habet rationem
sponsalium.

His ita disputati pro utraque sententia,
liberum sit Lectori eligere quam maluerit;
quia utraque verè probabilis est, & ab om-
nibus ut probabilis agnoscatur, & pro utraque
allegatur declaratio Cardinalium. Ex
quo patet quare in Conclusione addiderim
illam particulam; Fortè, qua solet signi-
ficare incertitudinem rei, de qua loquimur.
Sed pér gamus ad alia, & primò videamus,
an magis certa sit Conclusionis, quae sequitur,
& sic sonat:

CONCLUSIO XVI.

Fornicatio Sponsæ non est
propriè adulterium.

Hanc Conclusionem probat Sanchez 475.
Prima pro-
positio Con-
clusio ex de-
finitione ad
ad finem, 36. q. 1. & Divus Thomas 2. 2.
uteri,
questione 154. articulo octavo in corp. Eſt Sanchez,
alieni tori violatio: sed accedens ad Spon- C. 2. 36.
sam de futuro, minimè violat alienum ro- q. x.
rum, cùm hic ante Matrimonium non con- D. Thom.
cedatur sponsa ergo adulterium non ad-
mittit. Haec ille. Sed fallitur in eo, quod
ait, illam definitionem esse Gelasii Papæ;
nam in illo capite non loquitur Pontifex de
adulterio, sed tantum de raptu, dicens:
Lex illa præteriorum Principum ibi raptum di-
cit

cit commissum esse, ubi puella, de cuius ante nuptiis nihil actum fuerat, videatur abducta. Hæc Pontifex.

Ex quibus verbis arguit Gratianus, dicens: Cum ergo hæc illicito coitus sit corrupta, cumque ita sit abducta, id est, à domo patris ducta, quod de eius nuptiis nihil ante actum fuerit, raptam appellandam negari non potest. Sed non omnis illicitus coitus, nec cuiuslibet illicita defloratio raptus appellatur. Aliud enim est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud rapus. Et infra, postquam definita fornicationem & stuprum, subjungit: Adulterium vero est alieni tori violatio. Unde adulterium dicitur, quasi ad alterius torum accessio. Igitur hæc est definitio Gratiani, & non Gelasii. Cujuscumque sit, bona est, & ideo ex illa bene probatur Conclusio.

Probatur secundo, inquit Sanchez, ex leg. Probatur 2. Inter, 6. in principio ff. ad Leg. Jul. de Adulterio, ibi: Proprius adulterium in nuptiis commititur. At sponsa de futuro non est nuptia; ergo accessus ad illam adulterinus non est. Ita docet Gloss. cap. Quidam desponsavit,

27. q. 2. verb. Sed machus, ubi sic ait: Si sicut sponsa de praesenti, quod magis videtur ex eo, quod dicit, non potius ei commiscere; quia ad id sponsus jam de venerat ut tentaret, quod non potuit, aliquo impedimentoum impeditus. Velsi fuisse sponsa de futuro, cum non committitur machia, id est, adulterium: dic machus & machia fornicaria & fornicaria: quia fornicatio machia dicitur: arg. 32. q. 4. Meretrices. Et hoc est quod sequitur: Fornicationis quidem vindictam sustineat. Hæc Gloss.

Covarruv. Quam sequitur Covarr. in 4. decret. de Spons. c. 1. n. 12. citans aliam Gloss. in cap. Discretionem, 6. de Eo qui cognovit &c. quæcum sponsa tantum de praesenti adulterium committi notat. Sed Covar. de suo adjunxit Tantum. Hæc sunt verba Gloss. verb. Reatum Adulterii: Quia primus est maritus illius, & non secundus. Et est hoc notabile, quod adulterium committitur cum sponsa nondum cognita à viro: unde si alius commisisset adulterium posset accusari à sposo, ff. de Adulteriis, Miles, § Quærebatur, supra de Jurejurando, Quemadmodum; quia injuria facta est ei, ff. de Injuriis. Item apud, § Sponsam. Hæc Glossa.

477. Idem & non aliud docet Gloss. cap. Si vero, 3. de Sententia, excoic. verb. Cum uxore, dicens: Idem est in sponsa de praesenti, quia & lex permisit illam accusare jure mariti, ff. de Adulterio. Si uxor, §. 1. Ergo tantum in sponsa de praesenti, non recte sequitur. Ut etiam non valer hæc Consequens; adulterium committitur cum sponsa de praesenti; ergo cum sponsa tantum de praesenti.

Et sanè si Glossis decertandum est, Gloss. in leg. Inter, supra pro Conclus. allegatam, verb. In nuptiam, nuptæ annumerat sponsam

de futuro, ibi: Vel sponsam alienam, ut C. cod. leg. Propter. & ff. eod. l. Si uxor §. Divi, se- L. 13. ff. ad quentis tenoris: Divi Severus & Antoninus leg. Jul. de rescripsérunt etiam hoc idem (puta adulterium) Adult. in sponsam vindicandum, quia neque Matrimonium qualecumque (scilicet communatum, vel non consummatum) nec spem Matrimonij (quæ habetur per sponsam de futuro) violare permititur. Porro tenor leg. Propter, hic L. 7. Cod. est: Propter violatam virginem adulteram, qui cod. poftea maritus esse caput, accusator justus non potest. & ideo jure mariti crimen exercere non potest, nisi puerla violata sponsa ejus fuerat.

Accedat lex: Miles, 10. ff. cod. in qua §. L. ro ff. 7. ita habes: Querebatur, an jure mariti posset cod. accusare vir eam feminam, quæ cum ei deponsa fuisset, alii in Matrimonium à patre traxisset; tradita. Repondit: novam rem instituire busus modi accusatorem existimo, qui adulterii crimen objecere desiderat: propter hoc tantum quod priori sponsa deponsa puerla, a parte in Matrimonium alii fuerit tradita.

Ubi dum sponsam (indubie de futuro) alteri à patre nuptui collocatam, jure mariti accusandi facultatem sponsum negat, alii in causis concedere videtur. Ita Pontius lib. 12. c. 6. n. 6. ubi propter leges civiles, iam allegatas, existimat, jure civili eriam sponsam, violatam accusare posse sponsum jure mariti, adeoque copulam cum sponsa de futuro jure civili effe adulterium. Addit autem; turpiter errare, Sanchium l. 1. disp. 2. n. 3. cum in dicta lege: Si uxor, sponsa nomine intelligit desponsatam de praesenti. Nam, inquit, cum sponsa de praesenti non est spes Matrimonii, sed Matrimonium. Hæc ille.

Sed mihi videtur, multo turpius errare Pontium, dum falso id imponit Sanchio, ut ostendo, ex genuina, respomso Sanchii ad istam legem, quæ talis est: Ad primum argumentum prioris sententiae (desumptum ex leg. Si uxor), respondent Covarruvias, Greg. Lop. n. 2. citati & Alex. Carterius, ibi relatus, concedi vindictam sponsa, non ratione adulterii; sed quia est atrocis injuria sibi illata. Ad 2. (quod desumebatur ex leg. i. tit. 17. p. 7. in principio ibi: Adulterio &c.) dico, intelligi eam legem de sponsa per verba de praesenti, nondum cognita: & ita sentit non tantum committi adulterium cum uxore jam cognita, sed eriam cum sponsa de praesenti nondum cognita. Ita Sanchez.

Ecce quomodo Pontius responsum Sanchii ad 2. applicer primo argumento, arbitror defectu attenta lectionis, quæ tamen necessaria erat, ut prudenter diceret, ipsum turpiter errare. Communiter & vere dicitur: Quandoque bonus dormitat Homerus.

Atque ut Sanchez sic respondisset, putasse quod propter turpiter errasset? Sanè ea responso adscribitur Bartolo in præstatam f. ad. le-

*Jul. de Ad-
ule, nomine
fornicatio
intelligi
fornicatio
presenti.
Bartolus.*

legem, ubi sic ait: *Cetera spes propriè dicitur ex aliqua causa de præsenti, vel que habebat dependentiam de præsenti: sic hic spes Matrimonii dicitur, quando sponsalia sunt contracta de præsenti; secus si non effici contracta sponsalia; nam tunc non dicetur spes Matrimonii, ut infra ead. leg. §. Si quis uxorem. Hæc ille.*

Porro sic lontat iste §. *Si quis uxorem suam vellet accusare, dicaturque eam adulterium administrasse, antequam sibi nuberet, jure viri accusacionem instituire non poteris; quia non, cum ei nupta esset, adulterium commisit. Ubi Bartolus: Ex isto §. Nota ab hoc, quod quis accuset jure mariti, aporet quod tempore adulterii commisit effet maritus; & ideo sic deberet poni in libello, quod tempore commisit adulterii erat eius uxor. Jam autem sponsus de futuro, in stricta significacione non venit nomine mariti, neque sponsa de futuro, nomine uxor. Cùm ergo illa accusatio sit odiosa, utpote concessa in pacnam delicti, liquet profectò, nomine uxor is ibi non venire sponsam de futuro, sed solum de præsenti; neque nomine mariti sponsum de futuro, sed dumtaxat sponsum de præsenti.*

Quid ni ergo similiter in §. *Divi*, secundum Bartolus, nomine sponsæ non veniat, nisi sponsa de præsenti? Nam remittit se ad §. *Si quis uxorem*, in quo nomine uxor, ut jam vidimus, non venit sponsa de futuro. Et tunc in §. *Divi*, per spem Matrimonii intelligi debet spes copule carnalis, sive spes Matrimonii consummati.

Interim Bartolum conatur excusare Covar. var. supra n. 9, dicens. Secundò ex his patet I. *Si uxor. §. Divi*, fl. de Adult. dum coitum alterius cum sponsa vindicare permittit, in sponsa, quam de futuro vocamus, intelligendam esse, ut propriam Jurisconsultorum significationem sequamur. Nec huic interpretationi Bartol. ibi adversatur, dicens, spem Matrimonii, quam ibi violari prohibet lex, intelligi, quando sponsalia jam sunt contracta de præsenti: non enim exigit Bartol. sponsalia, quæ nos de præsenti vocamus esse contracta: sed contractum sponsaliorum jam præcessisse cum promissione præstanti futurum consensum conjugalem, ut spes Matrimonii dici possit: Nam alias, inquit ipse, sponsalibus non præcedentibus non dicetur spes Matrimonii, ex ead. leg. §. *Si quis uxorem*, ubi maritus non accusat uxorem propter adulterium, quod commiserat ante Matrimonium contractum, cum ibi nulla sponsalia ipsum Matrimonium præcesserint. Nec decet opinari, ita ineptum Barr. sensum fuisse, ut minimè putaret, spem Matrimonii dici post sponsalia, futurum Matrimonium promittentia. Id vero confitat Barr. advertisse, non posse dici spem, nisi ex aliquo actu præcedenti. Hucusque Covar.

Sed contrà Barr. §. *Divi*, intelligit de vin-

dicanda fornicatione sponsæ jure adulterii, *Contra uxores* nam remittit se ad §. *Si quis uxorem*, ubi manifestè agitur de vindicta jure adulterii; jam autem, ut fatetur ipse Covar. suprà n. 13. sponsus de futuro non vindicat fornicationem sponsæ de futuro jure adulterii: ergo Bart. non loquitur de sponsa de futuro, sed dumtaxat de præsenti: non quod putaverit, nullam spem Matrimonii posse dici post sponsalia de futuro, sed non posse dici talem spem, cuius violatio constituerat propriè dictum adulterium. Deinde; unde constat Covar. in §. *Si quis uxorem*, nulla sponsalia ipsum Matrimonium præcessisse? Gratias ergo hoc dicuntur, cùm ordinariè soleant præcedere, neque verbum aliquod sit in illo §. quod ea excludat.

Quidquid sit de mente Bartoli, non defundit, qui ita intellexerunt §. *Divi*, quos ibidem citat Covar. quamvis ipse intellectum istum putet fallum, & ab illius legis vero sensu alienum. Igitur Covar. existimat, illum §. intelligendum de sponsa de futuro, negat tamen inde sequi, quod cum sponsa alterius

482.
*Covarrus:
negat debere
§. Divi, in-
telligi de
sponsa de
præsenti.*

committatur adulterium, contra Gloss. in cap. *Quemadmodum*, de jurejurando & alios Auctores, quos citat. Responderet autem ad illum §. ex rescripto Imperatoris licere sponsu coitum alterius cum sponsa vindicare, non tamen ex eo, quod ille coitus sit adulterinus; sed vel quia injuria atrox sponsu infertur, propter spem Matrimonii, undè sponsus non vindicat hanc fornicationem, èd quod sit adulterium; sed ratione atrocis injurie sibi illicitæ; quemadmodum injuriam sponsæ illatam, vindicare licet ob candem Matrimonii spem, I. Item apud Labeonem. §. *Sponsum quoque*, ff. de Injuris; vel saltē in dict. §. *Divi*, sponsus non vindicat illam fornicationem jure adulterii, quod mihi sat est. Hæc ille.

Cui si objicias §. *Si minor*, ead. leg. *Si minor* 483.
n. 12. annis, in domum dedūta, adulterium *Objetio:*
commiserit, mox apud eum etatem excesserit, *Solutio:*
ceperitque effe uxor, non poterit jure viri accusari ex eo adulterio, quod ante etatem nuptiæ commisit, sed vel quasi sponsa poterit accusari ex rescripto divi Severi, quod suprà relatum est.

Respondet n. 14. Loquitur in accusacione, que fit jure sponsi, non jure adulterii, quod aperte ex ejus litera constat. Vel erit ille textu intelligendus in sponsa ad domum traducta: cum qua ex illa traductione consensus conjugalis saltem tacitus intercesserat, cùm illa esset nubilis, malitiâ supplente etatem, ut ibi constat; & probatur hic traductionis effectus in leg. *Mulierem*, ff. de Ritu nupt. *L. f. de*
Ritu nupt. *Mulierem absenti per litteras ejus*, vel per nuncium posse nubere placet, si in domum ejus deduceretur. A lege tamen sponsa appellatur ante duodecimum annum traducta, non uxor; quia lex illam etatem uxoribus sta-

N 3 tue-

L. 14. ff. de tuerat, 1. In Sponsalibus. ff. de Sponsalibus.
Sponsal. Hæc ille.

484. Sed, ut ab ultimo incipiamus; in hac lege
nihil dicitur de anno duodecimo, sed tantum
in genere: *In sponsalibus contrabendis etas con-*
trahentium definita non est, ut in Matrimonio.
Quæ autem etas sit definita in Matrimonio,
lex ista non loquitur.

Contra primam expositionem facit; quod
illa fornicatio in terminis vocetur adulterium,
& ipsa, quæ fuit fornicata, appelletur
nupta; quod ergo dicitur: *Non poterit jure*
viri accusari, intelligendum videtur de jure
viri post consummationem Matrimonii. Et
tunc quidem habet locum 2. expositio, sed
illa repugnat doctrinae Covar. suprà; scilicet,
in rescripto Severi non intelligi sponsam de
præsenti, sed tantum de futuro; cùm tamen
jus præsumtum ad illud rescriptum se referat.
Deinde contra primam expositionem notat
Pontius suprà n. 7, in jure nulli jus esse ad
hanc accusationem, nisi marito aut extraneo.

Dicendum ergo, inquit ille, adhuc spon-
sam accusari jure mariti; neque obstat præ-
dictam legem, cuius sensum mihi videtur
affecutus Cujacius lib. 6. Observat. cap. 16.
Impubes uxori duci non poterat, sed benè
sponsa haberi, dummodo infans non esset;
necessarium tamen erat, ut nominatum sponsa-
lia contraherentur. Unde si in domum
duxisset eam impuberem, non factis sponsa-
libus, neque Matrimonium, neque sponsalia
erant. At si sponsalia nominatum contracta-
issent, jam habebatur sponsa loco, & illam,
violari se passam, accusare jure mariti vir po-
test. Sensus ergo dictæ legis hic est: si im-
pubes femina domum ducta fuerit, scilicet non
contractis nominatum sponsalibus, & illa ad-
ulterium commiserit, non datur accusatio
mariti jure, etiamsi apud eum creverit, &
potè uxor esse cooperit; sed vel quasi spon-
sa accusari poterit ex rescripto D. Severi. Si
vero quasi sponsam domum duxerit, contra-
etisque cum ea sponsalibus, etiamsi impubes
illa sit, accusari ab illo, jure mariti potest, jux-
ta rescriptum D. Severi.

Atque idem est sensus Imperatoris in dict.
leg. *Propter*, C. cod. *Propter violatam virginem adulteram &c.* Sensus est, ut ibidem in-
terpretatur Cujacius, *Propter violatam*, id est,
spontè corruptam, *virginem*, hoc est, impuberem,
unde puberes devirginati spè vocati
sunt, *adulteram*, id est, quæ postea adulte-
ra esse coepit, vir accusator justus non est, ni-
si ea puella impubes, sponsa ejus fuerit. Qua-
re cave à Gothophredo in dict. leg. *Propter*,
aliter explicante. Hactenus Pontius.

Et vero quare caverem à Gothophredo, me-
lius explicante? Nam in libris correctiori-
bus non habetur in hac lege: *Virginem ad-*
ulteram; sed, *Virginem adulteram*; quæ magis

significat puberem, quam impuberem; & da-
to quod significaretur impubes (juxta Gloss.
ibi lit. B. *Hanc vocem*, Virginem, *Quidam*
expungunt. *Alii ita*, virginem, *que potè ad-*
ulta esse coepit) equidem quæ, malitiâ præ-
veniente æratem, erat apta ad copulam; ergo
poterat esse sponsa ejus non tantum de fu-
tu, sed etiam de præsenti.

Deinde; contra sensum dictæ l. *Si uxor*; sic
argumentor: Si nulla intercesserant sponsa-
lia inter impuberem & puberem, qui eam in
domum duxerat, quomodo posset acculcari
quasi sponsa, ex rescripto D. Severi, cùm il-
lud rescriptum non agat, nisi de ea, quæ con-
traxit sponsalia? Quippe ly, *Sponsa*, per se
positum, non significat, nisi illam, quæ con-
traxit sponsalia. Et quomodo acculcare po-
terit jure mariti, qui maritus non fuit, quan-
do commissa fuit fornicatio? Siquidem in
principio ejusdem legis dicitur: *Si uxor non*
fuerit in adulterio, concubina tamen fuit; jure
quidem mariti accusare eam non poterit, quæ
uxor non fuit. Quomodo ergo sponsam de fu-
tu, acculcare poterit sponsam de futuro jure
mariti, cùm nec sponsa maritus, nec spon-
sa uxor fuerit in adulterio? Igitur accusare non
poterit sponsam de futuro sponsam de futuro,
nisi jure sponsi aut extranei.

Quando ergo lex, *Propter*, significat, eum,
qui maritus non fuerat, in violatione virgi-
nis posse exercere crimen jure mariti, si puer-
la sponsa ejus fuerat, videretur intelligenda
sponsa de præsenti, ante Matrimonii con-
summationem. Nec obstat, quod dicitur;
Qui postea maritus esse coepit, nam intelligi po-
test de marito post Matrimonii consumma-
tionem. Atque hæc sat is de jure civili, & fo-
ro externo.

Quod attinet ad ius Canonicum, & forum
internum seu conscientiæ, certum est, copula-
cum sponso vel sponsa alterius de fu-
tu, non esse propriè dictum adulterium;
quia non est copula cum alieno vel aliena,
quæ sola est propriè adulterium in jure Ca-
nonico, & foro conscientiæ, ut patet ex dictis in principio Conclus. Porro sponsum,
vel sponsam non esse alienum vel alienam,
probatur ex eo, quod nondum ius corporis
sui in alterum vel alteram transtulerit, sed
solum promiserit transferre; sicut ergo non
est fur, qui auferit rem, alteri promissam, au-
ferit, inquam, ex consensu promissoris, quia
non auferit rem alienam invito domino; sic
idem non est propriè adulter, qui cognoscit
sponsam alterius, vel adultera quæ cognoscit
à sponsa alterius; quia non auferit usum
corporis, alteri pro tunc ex iustitia debitum;
quippe non debetur per sponsalia usus corpo-
ris, sed dumtaxat contractus de præsenti; a-
deoque faceret propriè injuritiam, quia illum
contractum vi vel fraude impediret.

Hæc

485.
Sententia
Pontis, pon-
sam accu-
ri jure ma-
riti.

486.
Rejecitur.

488. Hæc est communis Theologorum sententia, contradicente, ut putat Sanchez suprà n. 1. Paludano 4. dist. 27. q. 1. a. 3. in principio, n. 7. ubi sic ait: Sicut vir adulteram non solùm ejicer, sed etiam de adulterio potest acculare: sic sponsus sponsam potest de adulterio accusare, quasi jam Matrimonio initiato: quia nec Matrimonium, nec spem Matrimonii violare permisum est. Hæc ille. Quæ commodè possunt intelligi de adulterio impropriè sive inchoato seu initiato, sicuti sponsalia non sunt propriæ Matrimonium, sed tantum inchoatum seu initiatum. Unde etiam sæpiissimè appellatur ab illo Autore in eodem articulo fornicatio; quia propriè fornicatio est, id est, copula cum non sua, quæ tamen distinguunt videtur à communis fornicatione, quod hæc non tribuat jus accusandi, secundum ista, secundum communiorum sententiam.

Quæstio ergo hæc pro magna parte est de nomine, an videlicet debet vocari adulterium, an verò simplex fornicatio. De re constat, ut videbimus Sect. sequenti, propter eam, copulam partem innocentem posse dissolvere sponsalia. Quæstio etiam realis est; an habeat speciale malitiæ in Confessione explicandam. Responso erit

CONCLUSIO XVII.

Probabile est, fornicationem sponsæ non habere speciam malitiæ, in Confessione explicandam.

489. *re Cen-
trum
Principio
Concl.
sum docen-
tibus &
Covar.*
*D.Thom.
Florent.
Sylvestr.
Navar.*
Ita tenet Pontius lib. 12. c. 6. n. 8. & ante ipsum Covar. in 4. decret. cap. 1. n. 18. & 19. ubi sic ait: Quartò colligitur ex his, eum, qui cum alterius sponsa de futuro fornicatus fuerit, non teneri ad confitendum Sacerdoti hanc circumstantiam seu qualitatem sponsaliorum, nec ipsam sponsam ad hoc altringi, cum hæc qualitas speciem peccati non mutet: omnibus tamen injuriam palliis satisfactio debetur: Receptum enim est frequentiori calculo, circumstantias, quæ non mutant criminis speciem, non est reverlanda Sacerdoti in interiori animæ judicio. S. Thomas in 4. dist. 17. q. 13. Florent. 3. part. tit. 17. c. 17. §. 5. Sylvestr. in verb. Confessio. 1. q. 9. & verb. Circumstantia ac Mart. Navar. quem preceptorem Salmanticæ habuimus: at nunc Coimbrica non vulgari stipendio jus Canonicum profitemur, propter ejus summam juris utriusque sapientiam & mores integerrimos, veneramus; is, inquam, in c. Consideret, de Penit. dist. 5. in principio, dum tractatum de Circumstantiis

exactissimâ diligentia expendit, hanc communem opinionem probat. Hæc ille.

Sed quæro ego ab hoc Autore, qui admittit, fieri sponsu atrocam injuriam per copulam cum sponsa; quæro inquam, injuria ista quid est? Communiter definita injuria; alieni juris violatio; ergo per copulam cum sponsa alterius violatur jus alienum; ergo hæc qualitas mutat speciem peccati; superadit quippe peccato fornicationis, quod inventur in copula cum sponsa alterius, peccatum injuritiae, idque atrocis propter, quod conceditur vindicta sposo, secundum ipsum, ex leg. Si uxor, §. Divi. Vel ergo neganda est illa injuria, & satisfactio debita propter ipsum, saltem in foro conscientiae, quidquid sit de foro civili; vel admittenda mutatio specifica peccati, & per consequens necessitas explicandi illam speciem in Confessione; aut certè alio modo definienda foret illa injuria, quæ soleat injuria in generi à DD. definiri, ut non sit propriè dicta injuria, id est, ut jam dixi, juris alieni violatio, prout est propriè dictum adulterium; sed latius sumendo injuriam, ut sit rationabilis aliqua offensa sponsi seu sponsæ; quia absque justa causa non obseruantur regulæ sponsalium seu conditiones, quæ in ipsis subintelliguntur, ut indifolubilia persistant.

Probatur itaque sponsalia non mutare speciem peccati; quia in primis talis fornicatio non est propriè injuritiae, cum sponsa nondum sit aliena, id est, alterius; nondum enim transtulit corpus suum in dominium viri, ut clarum est. Neque etiam est infidelitas; quia non promisit corpus suum custodiare castum; sed solùm tradere illi corpus suum, quale erit tempore, quo celebrabitur contractus.

Confirmatur 1. quia si se habent sponsalia ad Matrimonium, sicut votum Religionis ad Professionem religiosam; sicut enim sponsalia sunt promissio tradendi corpus, Matrimonium verò ipsa traditio; ita votum Religionis est promissio tradendi se Religioni, Professio autem est traditio: sed per votum simplex Religionis, non acquirit Religio jus, ne promittens tradat alteri corpus suum per fornicarium concubitum, neque illa circumstantia est explicanda in Confessione; ergo neque circumstantia sponsalium in fornicatione sponsæ. Enim vero sponsus tantum videtur habere jus, ne tradam corpus meum alteri per Matrimonium, quia per istud impeditur Matrimonium sibi promissum, ita ut, tametsi velit, non possit sponsa suæ nubere, nisi Matrimonio jam contracto per mortem dissoluto. Sicuti Religio, cui promisi me tradere, solùm videtur habere jus, ne me tradam alteri Religioni incompatibili.

Confirmatur 2. quia fustibus cædens aliquem, censetur fratribus cæsi injuriam irrogare;

491. Probatur sponsalia non mutare speciem peccati,

492. Confirmatur 1. n. 1.